

Christe fave

*In nomine domini dei salvatoris nostri* Ihesu Christi Imperante domino nostro Constantino magno Imperatore anno vicesimoseptimo sed *et* romano magno imperatore anno quartodecimo; die decima mensis february indictione octava neapoli: Certum est nos bonus hortulanus et eupraxia iugales filio et nurua quidem ursi hortulanus qui nominatur pirindulu: A presenti die promptissima voluntate: Venundedimus et tradidimus vobis basilio ferrario et maria hoc est iugales filio et nurua quidem domini iohannis dudum ferrarii et maiorarii modo vero monachi: Idest integra domum nostra posita in hanc civitatem neapolis in regione balnei nobi (1) cum inferioribus et superioribus suis et cum aheribus (2) et aspectibus et cum introito suo et omnibus eis pertinentibus qui nobis obbenit per chartulas comparationis a quidem theodonanda honesta femina et sergio genitrice et filio relictis et filio quidem domini iohannis militis: et nos in portione tetigit a constantino hortulanus et maria iugales germano et cognatis nostris per merissi divisionis sicut ipsa merissi continet quam in presenti aput vos remisimus: quatenus per coherentias vobis ea insinuavimus: de qua nihil nobis exinde remansit aut reservavimus nec in alienam personam commisimus potestate: qui et coheret sivi ab uno latere parte horientis domus et curticella memorati constantini et maria iugales germanos et cognatis nostris qui eos a nos ipsos tetigit: Ab occidente autem parte coheret bicus publicus per qua descendit aqua a fistola: A septemtrione quoque parte est trasenda (3) communalem: et a parte meridiana est domucella ursi filius domini gregorii

Cristo, aiutaci!

*Nel nome del Signore* Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nell'anno ventesimo settimo di impero del signore nostro Costantino grande imperatore ma *anche* nell'anno quattordicesimo di Romano grande imperatore, nel giorno decimo del mese di febbraio, ottava indizione, **neapoli**. Certo è che noi Bono **hortulanus** ed Euprassia, coniugi, figlio e nuora di Urso **hortulanus** chiamato **pirindulu**, dal giorno presente con prontissima volontà abbiamo venduto e consegnato a voi Basilio Ferrario e Maria, cioè coniugi e figlio e nuora invero di domino Giovanni, già Ferrario e in migliore condizione ora invero monaco, vale a dire l'intera casa nostra posta in questa città di Napoli nella regione di **balnei nobi**, con i suoi piani inferiori e superiori, le luci e le parti esterne, il suo ingresso e tutte le cose ad essa pertinenti, che a noi pervenne mediante un atto di acquisto da Teodonanda, onesta donna, e Sergio, genitrice e figlio, vedova e figlio invero di domino Giovanni cavaliere, e a noi in porzione toccò da Costantino **hortulanus** e Maria, coniugi, fratello e cognato nostro, per divisione ereditaria come contiene lo stesso atto di divisione ereditaria che in presente a voi abbiamo rimesso, per i confini che a voi abbiamo comunicato, della quale niente dunque a noi rimase o riservammo né affidammo in potere di altra persona, che confina da un lato dalla parte di oriente con la casa ed il cortiletto del predetto Costantino e Maria, coniugi, fratello e cognato nostro, che a loro da noi stessi toccò *per divisione ereditaria*, dalla parte di occidente poi confina il vicolo pubblico per il quale discende l'acqua dalla condotta, dalla parte di settentrione vi è un vicolo comune e dalla parte di mezzogiorno vi è la casetta di Urso figlio

monachi (4): Ita ut ha nunc et deinceps iamdicta domus nostra posita in memorata regione balnei nobi cum inferioribus et superioribus suis et cum aheribus et aspectibus et cum introito suo et omnibus eis pertinentibus quatenus per memoratas coherentias vobis ea insinuavimus de qua nihil nobis exinde remansit sicut superius legitur a nobis vobis venundata et tradita in vestra heredumque vestrorum sint potestate avendi tenendi vindendi cedendi donandi commutandi. seu hedificandi et fabricandi et ascendendi sicut memorata merissi continet quam superius aput vos remisi vel quiquid exinde facere volueritis liberam semper abeat̄is ꝑ potestate: A nobis autem memorato bono hortulanus et eupraxia iugales vel a nostris heredibus vel a nobis personis summissis nullo tempore nullam exinde abeat̄is requisitione aut molestia tam vos qui supra basilio ferrario et maria iugales quamque vestris heredibus per nullum modum in perpetuum: Insuper nos et heredes nostris vobis vestrisque heredibus ab omni homine omnique persona omni tempore antestare et defensare promittimus in perpetuum pro eo quod accepimus a vobis exinde in presenti in omnem decisionem seu deliberatione idest auri solidos decem et septem bytianteos sicut inter nobis convenit: quod si aliter fecerimus de hec que superius que a nobis vobis venundatum seu promissum leguntur aut quovis tempore nos vel heredes nostris contra hanc chartulam venditionis ut super legitur venire temptaverimus et in aliquid offensi fuerimus per quolibet modum aut summissis personis tunc componimus nos et heredes nostris vobis vestrisque heredibus auri libra una bytiantea. et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus Iohannis scriptoris discipulo domini stephani curialis per indictione memorata octaba

di domino Gregorio monaco. Di modo che da ora e d'ora innanzi la già detta casa nostra sita nella predetta regione **balnei nobi** con i suoi piani inferiori e superiori e con luci e le parti esterne ed il suo ingresso e tutte le cose ad essa pertinenti, fin dove per i predetti confini a voi ho comunicato, di cui nulla dunque a noi rimase come sopra si legge, da noi a voi venduta e consegnata e in voi e nei vostri eredi sia la facoltà di avere, tenere, vendere, cedere, donare, permutare o edificare e costruire e salire in altezza come contiene il menzionato atto di divisione ereditaria che sopra a voi ho rimesso, e dunque sempre abbiate libera potestà di farne qualsiasi cosa vogliate. Da noi poi predetto Bono **hortulanus** e Euprassia, coniugi, o dai nostri eredi o da persone a noi subordinate in nessun tempo dunque abbiate alcuna richiesta o molestia in nessun modo in perpetuo tanto voi anzidetto Basilio Ferrario e Maria, coniugi, quanto i vostri eredi. Inoltre noi ed i nostri eredi promettiamo di sostenere e difendere voi ed i vostri eredi da ogni uomo ed ogni persona in ogni tempo in perpetuo in ogni decisione o discussione per quello che dunque abbiamo accettato da voi in presente vale a dire diciassette solidi aurei di Bisanzio, come tra noi fu convenuto. E se diversamente faremo di queste cose che sopra si leggono vendute e promesse da noi a voi e in qualsiasi tempo noi o i nostri eredi tentassimo di contrastare questo atto di vendita come sopra si legge e in qualche cosa arrecassimo offesa in qualsiasi modo o tramite persone subordinate, allora noi ed i nostri eredi paghiamo come ammenda a voi ed ai vostri eredi una libbra aurea di Bisanzio e questo atto, come sopra si legge, rimanga fermo scritto per mano di Giovanni scrivano, allievo di domino Stefano curiale, per la suddetta ottava indizione. ✠

Questo è il segno ✠ della mano del

<p>✠ Hoc signum ✠ manus memorati boni et eupraxia iugales quod ego qui memoratus pro eis subscripsi et memoratos solidos confiteor percepisse.</p> <p>✠ Ego iohannes filius domini stefani tribuni rogatus a suprascripto iugale testi subscripsi et suprascripto solidos confiteor percepisse ✠ . . . . . testibus iterum alia manus.</p> <p>✠ Ego petrus filius domini sergii . . . . . alia manus</p> <p>✠ Ego sergius filius domini iohannis . . . . . etiam et alias manus.</p> <p>✠ Ego stephanus curialis post subscriptionem testium et memorati iohannis scriptoris discipuli mei manu mea propria complevi per indictione memorata octaba . . . . . seu et alias manus.</p> <p>✠ Ego andreas primarius et scriniarius curiae huius civitatis neapolis hec exemplarie chartule comparationis memorati basilii ferrarii et maria iugales sicut superius legitur ex authentica relevata et ad singula relectas pro eius firmitate manu mea propria subscripsi ✠</p> <p>(5)</p>	<p>suddetto Bono e di Euprassia, coniugi, che io anzidetto sottoscrissi per loro e riconosco che i solidi menzionati furono percepiti.</p> <p>✠ Io Giovanni, figlio di domino Stefano tribuno, pregato dal soprascritto coniuge, come teste sottoscrissi e riconosco che i soprascritti solidi furono percepiti. ✠ . . . . . per i testi di nuovo altra mano.</p> <p>✠ Io Pietro, figlio di domino Sergio, . . . . . altra mano.</p> <p>✠ Io Sergio, figlio di domino Giovanni, . . . . . ancora un'altra mano.</p> <p>✠ Io curiale Stefano dopo la sottoscrizione dei testi e del menzionato Giovanni scrivano mio allievo, con mano mia propria completai per la predetta ottava indizione . . . . . e ancora altra mano.</p> <p>✠ Io Andrea, primario e scriniario della Curia di questa città di Napoli, questa copia dell'atto di acquisto del menzionato Basilio Ferrario e di Maria, coniugi, come sopra si legge, ricopiata dall'originale e riletta parola per parola, per sua fermezza con mano mia propria sottoscrissi. ✠</p>
---	---

**Note:**

(1) *Balnei nobi*, sive *novi* dictus fuit vicus, qui in furcellensi regione extabat.

(2) Vocem *aëra* Carpenterius pro *area* quandoque usurpatam docuit. Non hac tamen notione eam nostri adhibuerunt Curiales. Fridericio (*pag. 332*) visum est *aëra* in caietanis instrumentis denotasse cubiculorum solaria, quae vulgo *astraci* nuncupantur. Nos vocabulo hoc potius aedium *lumen* significatum fuisse arbitramur. In vigesimo enim titulo veterum neapolitanarum Consuetudinum a Cervonio editarum (*T. II. col. 353*) cum secunda de *servitutibus* Consuetudo diserte tum *luminis*, tum *aspectus* domorum meminerit, hanc profecto Consuetudinem spectasse Curiales remur, cum de *aëribus* et *aspectibus* in suis instrumentis mentionem iniecerunt. De discrimine vero, quod inter utramque vocem statuendum est, ibidem haec a Napodano afferuntur: *Plus est aspectus quam lumen. Nam aspectus est ante prospicere, ut dictum est; item subtus, seu ex inferioribus; item ex superiori, seu a coelo, et sic implicat, ne quid ei officiat ad gratiorem prospectum et liberum. Lumen vero ex superiori, seu a coelo tantum* (ff. de serv. urb. praed. l. intra servitutem, et l. lumine), *et est similiter ex inferioribus* (C. de canone frument. l. 1, lib. II., et ff. finium regundorum l. si irruptione).

(3) *Trasenda*, sive *transenda* dicta est via arctior.

(4) Non paucae quidem membranae saeculo X. conscriptae mentionem habent filiorum, quibus presbyteri aut monachi genitores fuerunt. Quamquam dici queat horum quosdam uxores duxisse, ac liberos suscepisse, antequam sacris ordinibus fuissent initiati, quosdam vero Graecos fuisse, Graecorumque ritibus obtemperasse; neutrum tamen de compluribus aliis adfirmari potest, cum omnino pateat hos fuisse Latinos, et uxoribus sociatos, etiamsi presbyteri ac monachi iam evasissent. Re quidem vera primaevae ecclesiae canones, quibus continentia ecclesiasticis viris maximopere commendabatur,

saeculo X. pristinae auctoritatis plurimum amiserunt, et connubiorum consuetudo a Graecorum exemplo profecta vulgo apud Clericos obtinebat, uti testantur Rodotas (*Origine del Rito greco in Italia, t. I. pag. 221*), et Muratorius (*A. M. AE. t. II. pag. 141*). Eadem haec ab ecclesiastica disciplina defectio apud quaedam simul monasteria grassabatur, ac praecipue apud Farfense, ut prodidit Abbas Hugo in opusculo de huius coenobii eversione apud Muratorium (*Op. cit. t. VI. p. 282*). Verum hinc nemo sibi fortasse persuadeat eodem illo saeculo X. in nostris regionibus uxores ecclesiasticis universis fuisse, cum contra a coniugio plurimos quidem presbyteros abhorruisse nobis praeter complura alia documenta ostendat testamentum a caetano Ypato Docibile conditum anno 906, et a Fridericio (*pag. 127 et seqq.*) illustratum. Cum enim testator ibi Iudae sortem imprecatus fuerit ei, qui cuiusdam ecclesiae ibidem memoratae possessionem tradidisset presbytero, qui castitatem exsuisset aut uxorem sibi copulasset, hinc profecto consequitur ea tempestate extitisse etiam presbyteros, qui lascivientem caeterorum intemperantiam detestati ad pristinam ecclesiae disciplinam vitam moresque componebant.

(5) Pervetustae neapolitanae urbis Consuetudines instrumentorum *exemplationes* a Primario simul cum Tabulario absolvi iuebant, prout observavimus pag. 36 adnotat. (2), et pag. 52 adnotat. (6). Praesens tamen documentum ab uno Primario *exemplatum* fuisse ipsum per se ostendit. Hanc vero ob causam νοθειας postulandum nullo quidem pacto videtur. Nam si rata habebantur instrumenta, quae absoluta subscriptaque fuerant a Primario gerente vices Curialum, quibus mors instrumenta eadem absolvere ac subscribere prohibuisset, ut pag. 23 adnot. (8) diximus, cur ratae minus habendae fuissent veterum membranarum *exemplationes*, quas Primarius ipse sine Tabulario confecisset? Primarii quidem munus ei potissimum Curiali, qui fide ac integritate sese omnibus probasset, mandari consuevit. Qui porro id muneris assecutus fuerat, adeo Curialibus universis ac ipsi Tabulario praestabat, ut diplomata ac privilegia, quae a neapolitanis Ducibus impertiebantur, idem unus exararet, quemadmodum animadversum est a Claritio (*pag. 31*). Haec profecto omnia nobis suadent rata aliquando potuisse haberi instrumenta ab uno Primario *exemplata*, etsi de hoc nec veteres nostrae Consuetudines, nec ullus adhuc scriptor meminerit; ideoque in adnotatione ad supradictam paginam 36 non semper, sed plerumque Tabularium simul cum Primario documenta *exemplasse* diximus; nisi potius existimare velimus *exemplationes*, quae Tabularii subscriptione carent, ab hoc quoque absolvi nequivisse, quod ipse aberat, dum instrumentum *exemplabatur*.